CLARENDON PRESS SERIES. EXTRACTS FROM CICERO. NARRATIVE AND DESCRIPTIVE, WITH ENGLISH NOTES; PART III, ROME'S RULE OF HER PROVINCES

Published @ 2017 Trieste Publishing Pty Ltd

ISBN 9780649453740

Clarendon Press Series. Extracts from Cicero. Narrative and Descriptive, with English Notes; Part III, Rome's Rule of Her Provinces by Marcus Tullius Cicero & Henry Walford

Except for use in any review, the reproduction or utilisation of this work in whole or in part in any form by any electronic, mechanical or other means, now known or hereafter invented, including xerography, photocopying and recording, or in any information storage or retrieval system, is forbidden without the permission of the publisher, Trieste Publishing Pty Ltd, PO Box 1576 Collingwood, Victoria 3066 Australia.

All rights reserved.

Edited by Trieste Publishing Pty Ltd. Cover @ 2017

This book is sold subject to the condition that it shall not, by way of trade or otherwise, be lent, re-sold, hired out, or otherwise circulated without the publisher's prior consent in any form or binding or cover other than that in which it is published and without a similar condition including this condition being imposed on the subsequent purchaser.

www.triestepublishing.com

MARCUS TULLIUS CICERO & HENRY WALFORD

CLARENDON PRESS SERIES. EXTRACTS FROM CICERO. NARRATIVE AND DESCRIPTIVE, WITH ENGLISH NOTES; PART III, ROME'S RULE OF HER PROVINCES

Trieste

Clarendon Press Series

. . . .

EXTRACTS FROM CICERO

NARRATIVE AND DESCRIPTIVE

WITH ENGLISH NOTES

BY

HENRY WALFORD, M.A.

Wadham College, Oxford Assistant Master in Haileybury College

PART III

ROME'S RULE OF HER PROVINCES.



Grford

AT THE CLARENDON PRESS

M DCCC LXIX

[All rights reserved]

SECTION V.

ROME'S RULE OF HER PROVINCES.

I. AN IDEAL OF A ROMAN GOVERNOR.

Cicero's Letter to his brother Quintus on his duties as Pro-praetor of Asia.

II. SOME SPECIMENS OF PRACTICE.

Extracts from the evidence produced on the impeachment of Verres for malversation in his Office of Pro-praetor of Sicily.

.

SECTION V.

43

ROME'S RULE OF HER PROVINCES.

٠

I. AN IDEAL OF A ROMAN GOVERNOR.

Cicero's Letter to his brother Quintus on his duties as Pro-praetor of Asia.

MARCUS Q. FRATRI S.

 ETSI non dubitabam quin hanc epistolam multí nuntii, fama denique esset ipsa sua celeritate superatura, tuque ante ab aliis auditurus esses annum tertium accessisse desiderio nostro et labori tuo, tamen existimavi a me quoque tibi 5 huius molestiae nuntium perferri oportere. Nam superioribus litteris non unis, sed pluribus, quum iam ab aliis desperata res esset, tamen tibi ego spem maturae decessionis adferebam, non solum ut quam diutissime te iucunda opinione oblectarem, sed etiam quia tanta adhibebatur et a nobis et a 10 praetoribus contentio, ut rem posse confici non diffiderem.

- Nunc quoniam ita accidit, ut neque praetores suis opibus neque nos nostro studio quidquam proficere possemus, est omnino difficile non graviter id ferre, sed tamen nostros animos maximis in rebus et gerendis et sustinendis exercitatos
- 15 frangi et debilitari molestia non oportet. Et quoniam ea molestissime ferre homines debent, quae ipsorum culpa con-

EXTRACTS FROM CICERO.

tracta sunt, est quiddam in hac re mihi molestius ferendum quam tibi. Factum est enim mea culpa, contra quam tu mecum et proficiscens et per litteras egeras, ut priore anno non succederetur. Quod ego, dum saluti sociorum consulo, 20 dum impudentiae nonnullorum negotiatorum resisto, dum nostram gloriam tua virtute augeri expeto, feci non sapienter, praesertim quum id commiserim, ut ille alter annus etiam tertium posset adducere. Quod quoniam peccatum meum esse confiteor, est sapientiae atque humanitatis tuae curare 25 et perficere, ut hoc minus sapienter a me provisum diligentia tua corrigatur. Ac si te ipse vehementius ad omnes partes bene audiendi excitaris, non ut cum aliis, sed ut tecum iam ipse certes, si omnem tuam mentem, curam, cogitationem ad excellentis in omnibus rebus laudis cupiditatem incitaris, 30 mihi crede, unus annus additus labori tuo multorum annorum laetitiam nobis, immo vero etiam posteris nostris adferet. Quapropter hoc te primum rogo, ne contrahas ac demittas animum, neve te obrui tamquam fluctu, sic magnitudine negotii sinas, contraque erigas ac resistas sive etiam ultro 35 occurras negotiis. Neque enim eiusmodi partem rei publicae geris, in qua fortuna dominetur, sed in qua plurimum ratio possit et diligentia. Quod si tibi bellum aliquod magnum et periculosum administranti prorogatum imperium viderem, tremerem animo, quod eodem tempore esse intelli- 40 gerem etiam fortunae potestatem in nos prorogatam. Nunc vero ea pars tibi rei publicae commissa est, in qua aut nullam aut perexiguam partem fortuna tenet, et quae mihi tota in tua virtute ac moderatione animi posita esse videatur. Nullas, ut opinor, insidias hostium, nullam proelii dimica-45 tionem, nullam defectionem sociorum, nullam inopiam stipendii aut rei frumentariae, nullam seditionem exercitus pertimescimus: quae persaepe sapientissimis viris acciderunt, ut, quem ad modum gubernatores optimi vim tempestatis, sic illi fortunae impetum superare non possent. Tibi data 50

202

est summa pax, summa tranquillitas, ita tamen, ut ea dormientem gubernatorem vel obruere, vigilantem etiam delectare possit. Constat enim ea provincia primum ex eo genere sociorum, quod est ex hominum omni genere hu-55 manissimum, deinde ex eo genere civium, qui aut quod publicani sunt, nos summa necessitudine attingunt, aut quod ita negotiantur, ut locupletes sint, nostri consulatus beneficio se incolumes fortunas habere arbitrantur.

2. At enim inter hos ipsos exsistunt graves controversiae, 60 multae nascuntur iniuriae, magnae contentiones consequun-

- tur. Quasi vero ego id putem, non te aliquantum negotii sustinere. Intelligo permagnum esse negotium et maximi consilii, sed memento consilii me hoc negotium esse magis aliquanto quam fortunae putare. Quid est enim negotii
- 65 continere eos, quibus praesis, si te ipse contineas? Id autem sit magnum et difficile ceteris, sicut est difficillimum: tibi et fuit hoc semper facillimum et vero esse debuit, cuius natura talis est, ut etiam sine doctrina videatur moderata esse potuisse, ea autem adhibita doctrina est, quae vel vitiosissimam
- 70 naturam excolere possit. Tu quum pecuniae, quum voluptati, quum omnium rerum cupiditati resistes, ut facis, erit, credo, periculum ne improbum negotiatorem, paullo cupidiorem publicanum comprimere non possis. Nam Graeci quidem sic te ita viventem intuebuntur, ut quemdam ex
- 75 annalium memoria aut etiam de caelo divinum hominem esse in provinciam delapsum putent. Atque haec nunc non ut facias, sed ut te facere et fecisse gaudeas scribo. Praeclarum est enim summo cum imperio fuisse in Asia triennium, sic ut nullum te signum, nulla pictura, nullum vas,
- 80 nulla vestis, nullum mancipium, nulla forma cuiusquam, nulla conditio pecuniae, quibus rebus abundat ista provincia, ab summa integritate continentiaque deduxerit. Quid autem reperiri tam eximium aut tam expetendum potest quam istam virtutem, moderationem animi, temperantiam non bases in the second seco

204 EXTRACTS FROM CICERO.

tenebris neque esse abditam, sed in luce Asiae, in oculis 85 clarissimae provinciae atque in auribus omnium gentium ac nationum esse positam? non itineribus tuis perterreri homines, non sumptu exhauriri, non adventu commoveri? esse quocumque veneris et publice et privatim maximam laetitiam, quum urbs custodem non tyrannum, domus hos- 90 pitem non expilatorem recepisse videatur?

3. His autem in rebus iam te usus ipse profecto erudivit nequaquam satis esse ipsum has te habere virtutes, sed esse circumspiciendum diligenter, ut in hac custodia provinciae non te unum, sed omnes ministros imperii tui sociis et civi- 95 bus et rei publicae praestare videare. Quamquam legatos habes eos, qui ipsi per se habituri sint rationem dignitatis suae, de quibus honore et dignitate et aetate praestat Tubero, quem ego arbitror, praesertim quum scribat historiam, multos ex suis annalibus posse deligere quos velit et possit imitari. 100 Alienus autem noster est quum animo et benevolentia tum vero etiam imitatione vivendi. Nam quid ego de Gratidio dicam? quem certe scio ita laborare de existimatione sua, ut propter amorem in nos fraternum etiam de nostra laboret. Quaestorem habes non tuo iudicio delectum, sed eum, quem 105 sors dedit. Hunc oportet et sua sponte esse moderatum et tuis institutis ac praeceptis obtemperare. Quorum si quis forte esset sordidior, ferres eatenus, quoad per se negligeret cas leges, quibus esset astrictus, non ut ea potestaté, quam tu ad dignitatem permisisses, ad quaestum uteretur. Neque 110 enim mihi sane placet, praesertim quum hi mores tantum iam ad nimiam lenitatem et ad ambitionem incubuerint. scrutari te omnes sordes, excutere unum quemque eorum, sed quanta sit in quoque fides tantum cuique committere. Atque inter hos eos, quos tibi comites et adjutores negotio- 115 rum publicorum dedit ipsa res publica, dumtaxat finibus iis praestabis, quos ante praescripsi.

4. Quos vero aut ex domesticis convictionibus aut ex